

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ieiunium e
cum uariis

Ille quadragesimam facit, qui ieiunando et uigilando ascendit ad pascha. Nam sicut reliquo anno ieiunare premium est, ita in quadragesima non ieiunare peccatum est. Illa enim uoluntaria sunt ieiunia, ista necessaria; illa de arbitrio ueniunt, ista de lege; ad illa inuitamur, ad ista compellimur.

Ambrosius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

ieiunia] et *add.* P V¹ V² L¹ L²; Ambrosius *om.* C